COMMVNES I. V.
CONCLVSIONES
AD GENERALEM

Quorumcumq; Statutorum interprętationem accomodatæ, ac omnibus tàm in iudicando, quàm in conſulendo, & alijs in foro verſantibus perutiles, ac neceſſarię.

Cum ſuis Ampliationibus, & Limitationibus magis à Doctoribus receptis.

AVCTORE ALDERANO MASCARDO
IVR. CONSVL. SARZANEN. AC ÆQVITE,
& Lucanę prius poſtmodum verò Bononieñ. Rotę Auditore.

Summarijs vnicuique Concluſioni adiectis, & Indice rerum, ac ſententiarum locupletiſs.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D. BENEDICTO
S. R. E. Presbytero Cardinali Iuſtiniano Bononiæ Legato, &c.

CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO.

FERRARIÆ M.DC.VIII.

Apud Victorium Baldinum Typographum Cameralem.

Sumptibus Simonis Parlaſchę Bibliopolæ Bononienſis.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO D. D. BENEDICTO IVSTINIANO, S. R. E. CARDINALI, AC BONONIÆ LEGATO.

ALDERANVS MASCARDVS S.

EA Sunt, Cardinalis Ampliſsime, tua, olimq́ue Illuſtriſs. Cardinalis Vincentij pijſsimæ, & glorioſiſsimæ memoriæ, patrui tui in hanc ſamiliam noſtram, & precipuè in Nicolaum Epiſcopum Marianen: ac in Ioſephum Prothonotarium Apoſtolicum fratres meos, beneficia, vt nos omnes tibi perpetuò deuinxerint, & adeò deuinxerint, quod illis iam defunctis, quo me tibi re gratum aliquando præbere poſſem haud locum relinquerunt. Hæc eadem fuerunt in cauſa, quod hos meos legales labores tuo potiſsimum nomini dicauerim. grati enim animi exiſtimaui, ſi vnde, tuis erga nos meritis, ſatisfacerem

ALDERANI MASCARDI SARZANENSIS,

COMMVNES IVRIS VTRIVSQ.

CONCLVSIONES

Ad generalem quorumcumq; Statutorum Interpretationem accommodatæ.

ARGVMENTVM.

Laicorum ſtatutum an, quando, quomodo, & in quibus comprehendat Eccleſiaſticas perſonas, & bona, & quid de Hoſpitale, & alijs pijs locis, & de Matrimonialibus, & quæ dicantur contra libertatem Eccleſiæ.

1 *LAICIS nulla eſt attributa poteſtas diſponendi de rebus Eccleſiæ.*

2 *Alienatione prohibita per ſtatutum Laicorum in non ſubditum non comprahenduntur Eccleſiæ, neque Clerici.*

Clerici, & pia loca ſunt à principibus priuilegiata, vt eis liberè vendi, & donari poſſit.

3 *Principes inferiores non poſſunt tollere priuilegia à Superioribus conceſſa, maximè Eccleſiæ.*

Auctoritas condendi leges tributa Principibus inferioribus cenſetur ſine præiudicio locorum piorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum.

4 *Quilibet etiam priuatus legem, quam maluerit proprijs bonis imponere poteſt, etiam prohibendo ne tranſeant in Eccleſiam.*

5 *Principaliter quod eſt attenditur, non id, quod eſt per accidens.*

6 *Prohibitio generalis impugnans libertatem Eccleſiaſticam, dicitur, ac eſt non minus odibilis, quam reprobabilis.*

7 *Statuta Laicorum non poſſunt aliquo prætextu, vtilitatis, ſeu neceſſitatis Reipub. prohibere, ne res, & bona profana in Eccleſiaſticos, ſeu pia loca transferantur.*

8 *Non omne bonum publicum approbatur pro iuſta cauſa prohibendi alienationem in perſonas Eccleſiaſticas.*

9 *Intentio, ac effectus magis, quam formalitas verborum inſpicitur.*

A 10 *Immo-*



FERRARIAE. M.DC.VII.

Apud Victorium Baldinum, Typographum Cameralem.

Superiorum permiſſu.